Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



26

Turbatus est a furore oculus meus · inueteraui inter omnes inimicos meos ⁊

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem · quoniam exauduit dn̄s uocem fletus mei ⁊

Exaudiuit dn̄s deprecationem meam · dn̄s orationem meā suscepit ⁊

Erubescant & conturbentur ※ uehementer : omnes inimici mei · conuertantur & erubescant ÷ ualde : uelocit̄ ⁊

PSALMUS DD̄ QUEM CANTAUIT DN̄O PRO UERBIS CHUSI FILII GEMINI ⁊ Iste psalmus ad xp̄i humanitatem pertinet · qui per id quod factus est humilis secundum suam iustitiam ueritatemq · se expetit iudicari ⁊

DN̄E DS̄ MS̄ INTE speraui · saluū me fac ex omnibus per se

celesti inspiratione deflere · Stratum signif cumulū peccatorū qđ homo lacrimis rigat · ut saluberrimo imbre peccata deleantur ⁊

Petit prophetā a se recedere societatem malorum · ut securius possit suo dn̄o seruire ⁊

Nec uacat quod in una postulatione ter dn̄m dicit prestitisse quod petiit scilicet ut monstraret scām trinitatem adfuisse suae petitioni ⁊

Sciendum itaque chusi interpretari aethiopem · Et totum istum psalmum contra saul esse conscriptum · quem aethiopem uocat · propter tetros eius mores · Lemini uero familia beniamin · de qua saul ortus est ⁊

Oculis cordis dicit turbatum · Id est totum principale cordis mei contremuit · cum inueteris hominis adae antiquitate permansit ⁊ Inter inimicos · id est inter spiritus diabolicos · siue inter nostra peccata · quae ideo inimica · quia nostras animas ad tartara deducunt ⁊

Cum dicit erubescant · uult peccatores tanta conpunctione inluminare · ut pro his quae prius faciebant se erubescant et emendent ⁊ Conturbentur · Id est timore futuri iudicii ⁊ Dum dicit mei · relaxauit odium cui multitudo erat donata culparū ⁊ Auertantur · Id est ut non permittantur ire quo tendunt · hoc est peccare ⁊ Erubescant non leuiter sed uehementer · non tardo tempore · sed cito ⁊

Postulat propheta liberari de uniuersis inimicis · maxime de spiritualibus nequitiis · quia carnales hostes corpus impetunt ⁊ Spiritales uero